



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 60. Continuatio belli Neapolitani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Interim Bonifacius edebat litteras ^{Sæcul. XIV.}
 Christianis inscriptas omnibus. Ibi de ^{A. C. 1391.}
 clamat in schisma; pro documentis boni ^{Spicil. to. 6.}
 juris sui affert divinas declarationes Fra- ^{p. 49.}
 tri Petro Arragoniæ Principi, & S. Bir-
 gittæ factas; & propositionem concilii
 cum indignatione rejicit. Eo demum
 totæ spectant litteræ, ut nemo non dese-
 rat, ac detestetur Papam Avenionensem.
 Dabat Calendis Martiis an. 1391. Hoc
 ipso anno Birgittam Suecam inter Cæli-
 tes retulit per diploma 6 Octobris scri-
 ptum, die obitus decimo Calendas Au-
 gustas ejus memoriam celebrari jubens:
 sed hæc postea translata fuit in octavum ^{Sup. l. 97.}
 Octobris. ^{S. 17. 18.}

Londini die Veneris 10 Novembris ^{Valsing.}
 haberi cœpus est senatus; ubi tractaba- ^{p. 346.}
 tur Papæ querimonia. Rex ac patruus
 ejus Dux Lancastriæ videbantur Papæ
 cedere. Sed Optimates neutiquam con-
 sentiebant, ut ii, qui Romam irent, ibi
 obtinere beneficia impune possent, ut an-
 tea. Ne tamen nihil Papæ, aut Regi da-
 rent, patiebantur id Regis permisso fieri
 usque ad senatum alterum.

§. LX.

Continuatio belli Neapolitani.

Ut Ludovici Andegavenſis partes in re-
 gno Neapolitano ſemper fortiores
 Gg 5 erant;

Sæcul. XIV. erant; ita 10 Apr. 1392 ille palmam in-
 A. C. 1292. signem retulit de Ladislai partibus, quas
 Bonifacius magnis sumptibus sustentabat.
 Rayn. 1392 Qui suum ærarium exhaustum videns
 quasdam Ecclesiæ terras vendidit: tum
 præcepit, ut sibi penderentur dimidii fru-
 ctus primi anni beneficiorum omnium
 a Summa Sede collatorum.

Ob idem bellum Clemens decimam
 Clero Gallico imperavit; quamquam se
 huic parsurum Regi Carolo VI promiserat.
 J. Juven. Regina Maria Ludovici II Regis Neapo-
 p. 94. litani mater Clementi exposuit, eum,
 Duboulai cum ipsius filium coronaret, huic de-
 p. 680. disse duntaxat regnum quærendum ar-
 mis, gerendumque bellum, cujus sum-
 ptibus ferendis impar esset. Hanc oc-
 casionem augendi suos redditus libenter
 amplexus Clemens decimam imposuit
 Clero Galliæ universo, neminem pror-
 fus excipiens: & tam generali manda-
 to comprehensa Univerlitas erat. Re-
 ctor suas ad Regem querelas detulit:
 qui spondit se Clementi iis scriptu-
 rum verbis, quibus id fieri cuperet Uni-
 versitas. Episcoporum plerique, cum
 hanc pendere decimam nollent, congre-
 gati statuerunt, si Clementinis ab ex-
 actoribus urgerentur, appellare ad Pa-
 pam melius edoctum. Fecere: missi-
 que Avenionem ob id unum duo nota-
 rii appellationis litteras Clementini pala-
 tii

tii foribus affixere clanculum. At frustra erant omnia: decima soluta fuit. Sæcul. XIV.
A. C. 1392.

§. LXI.

Impugnantur Cleri privilegia.

Eodem anno Cleri privilegia oppugnabant Viri tres apud Regem maxime valentes gratia, nempe summus rei bellicæ Præfectus Oliverius Clichionius, Burræus Riverinus, & Joannes Mercerius Noviantii Dominus. Palam in consiliis negabatur, Imperatorem Constantinum potuisse S. Silvestro profanum Romæ principatum cedere: improbatur, Ecclesiasticos tenere potestatem curandi justitiam profanam, præsertim in causis capitalibus, contra jus Principis, cujus esset punire improbos. Demum jactabantur querimoniæ de privilegio clericatus, quod Episcopi etiam illiteratis concederent hominibus, ut augerent jurisdictionem ecclesiasticam. Has propositiones fulciebant quidam Doctores e numero Fratrum mendicantium, qui nulla habebant jura, vel territoria, & quorum potius intererat ea possidentium vires frangere.

Executionis initium in Normannia factum, ubi Judices profani jussi sunt reprimere Præsulum molimina, horumque adjutoribus graves irrogare multas.

Tum

*Labour l. 12.
c. 2.*